

Ann. III.

Num. XX.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN ITALIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21.

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

LONDON W. - 28, Orchard Street.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENT.

Apud COMMISSARIAT OF THE HOLY LAND.

NEW YORK, 143 w 95th St.

IN CANADA

ET NEWFOUNDLAND

NEW YORK (U. S. Americ.), 143 w 95th St.

IN BELGICA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.

LUGDUNI

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

Rue Victor Hugo, 5

IN GALLIA

LUTETIAE PARISIORUM

LIBRAIRIE VIC ET AMAT

Rue Cassette, II.

INSULIS (LILLE)

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

Rue de Metz, 41.

IN HUNGARIA

Apud

C. B. LIPTAY, CORRESP. DE HONGRIE

BUDAPEST, Palais du Théâtre National.

RERUM INDEX

NOVA IAPONENSIMUM FATA	P. Rossani.
De INGENUIS ARTIBUS PLEBI EVULGANDIS	I. Antonelli.
DE AUSONIO POETA	I. Lemette
PEREGRINATIONES IN ARCTON.	P. Alex M. Rovitti.
PAULI REMBRANDT TABULA IPSUM PICTOREM REFERENS	Laelius.
EX GALLIA - De omnium rerum Expositione Parisiensi	A. Vieillot.
LOLLIUS SIVE DE PROVECTA LATINITATE	P. Angelini.
HORAE SUBSECIVAE - Sub effigie Vincentii Montii poetae - De gibbo	I. Battanius.
COMMUNIA VITAE - Vinea, vindemiae, et quae propter	H. D. V. Pieralice.
ANNALES	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	Scriba.
LIBRORUM RECENSIO	P. A.
AENIGMATA	I. Castelli.

In tertia operculi pagina:

PER ORBEM	Viator.
VARIA: Otii medicina - Barbatus an imberbis? Numquid uterque? - Ioci.	P. d. V.
SOCII MONITUM	A secretis.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCC

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italianam:
Lib. 15. M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7½.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

NOVA IAPONENSIMUM FATA

QUOD plerumque in disceptationem redire videamus quoties de humanis ascensibus sermo est, num tot tantaque in disciplinarum augmentum inquit societas commodum proiecta hactenus ad beatitudinem assequendam reapse contulerint, id nullib[us] ferme gravius urget, quam in recenti Iaponensium humanitate.

Europaei atque Americani, quot Iaponensium historiam veterem vel propiores conatus omnino latuerant, obstupimus omnes ubi susceptum cum Sinensibus bellum ab iis confectum exaudivimus: gentem quadringenties centena millia incolarum polentem imperium immane, audacia inaudita, congressam, cuius a populo in decuplum superaretur.

Attamen peritia imperatorum, militum virtus, fortuna bellii infinitos hostes citissimis itineribus fuderunt, classes demerserunt, captarunt urbes, iamque in ipsam imperiale aulam movebant iter, cum, Europaearum gentium auctoritate interposita, recedere ab armis victores sunt coacti. Tunc enituit primum ac repente nostris quantum unum inter et alterum bellatorem interesset civilis bellicaeque prudentiae intervallum, passimque aetas nostra ad longinquas tot insularum litora oculos curiose convertit, omniaque rescrire, perscrutari, in lucem edere cepit, quae brevi annorum spatio barbarum adhuc populum ad tantum roboris fastigium impulserunt.

**

Et profecto, cum in nostris gentibus Bismarckius ille Germanorum, Cavour Italorum, populos in unum cogentes nova futurae historiae elementa pararent, Kido atque Okudo reges, Matzu, Yamagata, Matsugata principes cives suos et saeculari somno excitant, instruebant. Non eadem, sane, nostris et illis obiecta obstacula; at eadem omnibus fortuna favit, nec metae longe dissimiles praelucebant.

Quae quidem facta sunt, ut suos populos Iaponia civitas in unum colligens, novae humanitatis inventis per regiones omnes propagatis, non modo gentem augeret atque roboraret, sed bellica praecipue virtute bellicisque apparatibus ita firmaret, ut ad nova fata assequenda tutissimum inde iter aggrederetur.

Nec satis; nam et civiles ordines repente immutati, vetustissimum totius gentis regimen una veluti die subverterunt, populares oratores suffragiis omnium advocati sunt, ut leges ferrent, ipseque imperator sacramento spopondit « leges et statuta quae comitia eo ritu coacta tulissent, sese servaturum, nec quidquam legis vim habiturum, nisi quod oratorum suffragia probavissent; barbaros antiquitatis mores abrogatum iri, iustitiam semper et ubique tueri, prudentiam atque sapientiam privatorum in bonum reipublicae adhibenda ». Sublato inde tyrannico regum imperio, abrogatis civium ordinibus, redditu cuique viro vitae libertatisque et dominii iura, operosioribus et sapientioribus dignitatum via explanata.

Sed ab iis qui reipublicae moderandae praeerant id prius cautum, ut superius attigi, quo modo bellicae res augeretur, sine qua nec stare nec sese tueri gens ac libertas ulla potest; totque curarum impensarumque mirus tunc primum patuit fructus, cum Sinense bellum inopinato exarsit. Quare hodierna etiam inter Orientis discrimina nullum forte tam validum Europae et Americae militibus subsidium fuit, quam quod Iaponenses praestiterunt, qui non modo tanta litorum propinquitate copias quamplurimas citius in Sinas deducentes, et commeatus et arma afferentes nostros iuvabant, sed ad novum atque inusitatum belli genus cum barbaris hostibus agendum, naturae quadam similitudine, longe aptiores sese ostenderunt, quam Angli, vel Germani, vel Americani, vel Latini milites, cum praesertim eorum duces bellandi peritia et arte non secus ac nostri apprime callerent. Quapropter maximum hodierni belli et pacis arbitrium apud eos iam esse non mirandum, quos quinquaginta abhinc annis nemo nostrum forte in exultatum nationum numero commemorasset.

**

Nunc itaque, post tantas laudes tantosque triumphos, praestat ad rem quaerere quam longe nova gens, barbarie nisu audacissimo exsuperata, in animos expoliendos inque mores emendandos valuerit. Atqui una semper est eademque universa querela. Quid prodest enim novae Iaponensium soboli napoleonicus Codice dominii iura sibi innovasse, cum et nuptiarum et familiarium ordines barbara adhuc incontinentia vel immanitatem regantur? Quid prodest vita et suffragii libertatem singulis civibus contulisse, cum ridiculis adhuc Bouddhae ritibus, atque idolatriae nexibus non pagani tantum atque oppidani, sed et optimates, et ipse imperator implicentur? Unum ferme idemque est, quam civitatem sine moe-ribus, domum sine fundamentis constituisse. Nostrae enim humanitatis atque libertatis, quantacumque ea est, unum semper idemque novimus fundamentum ac veluti fontem, Christi Evangelium, quo fractis primis totius servitutis vinculis, atque ferreis hominum legibus amoris divina lege susfecta, innumeros quamvis inter errores, potuit tamen societas haec nostra hodiernum fastigium attingere. Nec tamen ab ascensi vel a conatu recedere tempus est, cum tot miserorum, opificum praecipue, undique querimoniae exaudiantur iraeque interdum exardescant, qui ferrea divitium crudelitate passim premuntur et expoliantur.

**

Quid igitur de Iaponensibus deque corum florenti republica sentiendum? Id, profecto, quod, nisi post inflatos inibi ferrearum vehem, electricarum virium, armorumque mira inventa, Evangelicam doctrinam non acceperint, quasi praevalidum atque immane monstri cuiusdam corpus illa gens erit, cui sapientia nulla, intellectus obnubilus, capti oculi sint, atque inde

ad teterimas potius ruinas, quam ad bonum societatis parandum instructa. Unum tamen est quod vaticinium infaustum sensim flectit, atque immutat, Europae nimirum doctores tam frequentes Iaponensium in scholis inque academiis docentes facere non posse quin, dum humanitate nostra rudes barbaros imbuunt, praecepta ac sententias praecipuas, quibus mores legesque nostrae perfectae sunt, transverso quamvis tramite, saepe tamen recolant. Quo quidem factum credimus, ut e christiana sapientia aliquid saltem ad flectendos barbarorum animos iam inopinato defluxerit, et uberior in futurum effundatur. Diem autem, parata hoc modo sensim via, illucescere tandem oportebit, quo tot insularum innumeris incolae, quorum pro salute plurim iam martyrum crux effusus est, in Christi ovile gaudio inenarrabili excipientur.

P. ROSSANI.

DE INGENUIS ARTIBUS PLEBI EVULGANDIS⁽¹⁾

AD ea quae de bonarum artium adhibenda pro popularibus ratione, dubio enucleato, proposui, aperte iam, ut lubet, nullaque ambiguitate respondeo.

Opera litterarum, musicesve, aut pictoriae artis, si quae popularia dicuntur, quia sponte quasi ex popularium animis effluxerint, non ea plerumque sunt, quae maximam pulcritudinis laudem assequantur. Verum, quae haud raro in eis deprehenduntur, et heic vel illic erumpunt, optime excogitata et notata, ea, a cuiusdam forte rustici ingenio promptius advenia, tunc potissimum omnes delectare poterunt, cum peritus artifex comprehendenter, expoliverit, aptiori que forma proposuerit. Ceterum communis est, artibus etiam ingenuis, humanarum rerum natura, ut ad altiorem in dies perfectioremque progressum niantur. Quapropter nisi ipsa commutetur vel pervertatur hominum indoles, nemo tantae amentiae vir esse potest, qui, ut opera sua cuique plane intelligenda reddat, ea, rudiorum humiliorumque ritum moresque secutus, exprimat vel effingat.

Sed, ut perspecta magis res fiat, non praetereundum, pulchra omnia, ab hominibus quavis aetate confecta, tum si quae pertractant subiecta spectemus, tum si formam, qua exterius ipsa reddunt, quaera-mus, duplice posse agmine distinguui. Est enim primum genus litteratorum artificumque, qui naturae adspicunt et pulcritudinem externa tantum fidelitate, prouti eorum oculi vel aures perculti fuerint, imitari conantur, paucis vel nullis additis quae moralem ipsius pulcritudinis sensum, quaeve animorum motus ad rem eruant. Sunt alii contra, qui servilli illa imitatione despacta, reddentes ex naturae splendoribus exque sermone aut musice vestem, animi potius affectus, dolores, gaudia, spesque innumeris atque in dies excelsas callida manu referant, adno-

⁽¹⁾ Cf. num. sup.

Item de Fortunae mutabilitate:

*Fortuna nunquam sistit in eodem statu;
Semper movet et variat et mutat vices,
Et summa in imum veritatem, ac versa erigit (1).*

Mordent quandoque et satyram redolent; eiusmodi est epigramma illud, quod bis quater in quemdam Rufum, elinguem rhetorem, exacutus:

*Elinguem quis te dicentis imagine pinxit?
Dic mihi, Rufe. Taces? Nil tibi tam simile (2).*

Novit etiam poeta delicatum quoddam acumen versibus intexere, quale, puto, reperies, si epigramma legas ad Proculum quemdam missum, quem laudat et quod digna quae in publicum prodeant scripsert, et quod optimo in iudicandis operibus gusto polleat. Quamquam longius, totum hoc liceat excursive. Libellum suum Ausonius alloquitur, et eius responsa refert:

*Si tineas, cariemque pati te, charta, necesse est,
Incipe versiculis anteposire meis.
— Malo, inquis, tineis. — Sapis, aerumnose Libelle,
Perfungi mavis qui leviore malo.
Ast ego damnosas nolo otia perdere Musae,
Iacturam somni quae parit atque olei.
— Utilius dormire fuit quam perdere somnum,
Atque oleum. — Bene ait. Causa sed ista mihi est;
Irascor Proculo, cuius facundia tanta est
Quantus honor. Scriptis plurima, quae cohabet.
Hunc studeo ulcisci: et prompta haec est ultio vati:
Qui sua non edit carmina, nostra legat.
Huius in arbitrio est, seu te iuvenescere cedro,
Seu iubat diris vermis esse cibum.
Huic ego, quod nobis superest ignobilis oti,
Deputo: sive legat, quae dabo, sive tegat (3).*

Verum si quod generatim de epigrammatibus Ausonii iudicium est ferendum, autumno de ipsis verius ac de Martialis opusculis dici posse, versum immutando:

Sunt bona quedam, sunt mediocria multa.

Nihil enim habent quod singularem laudem mereantur; frigida sunt saepe, nec illo aut lepore, aut sale ad gustum accommodata.

Quo eodem iudicio notari posse puto quaedam alia poetae nostri opera ad epigrammatum rationem accendentia, cuiusmodi sunt: *Parentalia*, *Commemoratio professorum Burdigalensium*, et *Epitaphia heroum*.

Parentalia, ut ipsum indicat nomen, carmina quaedam brevia continent, pietatis, ut videtur, cura exarata ad parentum suorum virtutes et

*Nomina charorum iam condita funere iusto,
Fleta prius lacrimis, commemoranda modis (4).*

Professorum autem commemorationis est opus, in quo rhetores omnes Burdigalenses,

*... . quos nulla sibi cognatio iunxit,
Sed fama, et charae religio patriae,
Et studium in libris, et sedula cura docendi*

commemorat (5).

Haec duo opera pietatem certe spirant, gratiam et amicitiam; at ipso Ausonio teste sunt

Nuda, sine ornatu, fandique carentia cultu (6).

In quibus; lector (monet Ausonius),

Eloquium tu ne quadre, sed officium (7).

In opere autem *Epitaphia heroum* inscripto versus quosdam a graeco in latinum versos, in singulos heros, qui Troiano bello interfuerunt, reperies, quibus addidit Ausonius alia quaedam epitaphia diversorum hominum, ut Niobes, Didonis, Diogenis Cynici, etc.

In his iudicandis immorari diutius nolo. At vero

(1) Epigr. CIV. (2) Epigr. XLI. (3) Epigr. XXXII.

(4) Praefatio *Parentalium*. (5) Praefatio dicti operis. (6) In praef. *Parent.* (7) *Coronis Commemoratio professorum*.

quatuor sunt versus e *Commemoratio profess. Burd.* desumpti quos referre oportet, quippe qui poetae mentem speciali ratione aperiant. Capite huius opusculi primo, his verbis elogium Tiberii Victoris Mennervii, oratoris, concludit:

*Et nunc sive aliquid post fata extrema supersit,
Vivis adhuc, aevi quod perit meminenis.
Sive nihil superserest, nec habent longa otia sensus,
Tu tibi vixisti, nos tua fama iuvat.*

Quibus ex verbis, quoniam εθνοτερον quiddam redolent, quidam possunt coniicere Ausonium minime christiana religioni addictum fuisse. Inter doctos enim in contentionem venit utrum Ausonius christianus religione, an potius Gentilis credi debeat. Ex criticis alii – neque hi nulla auctoritate praediti, inter quos consummatae eruditionis vir Muratorius – pro certo negant Ausonium nomen Christo dedisse. Quorum iudicio maxime suffragatur illa, inter alias, res, quod Ausoniana «pleraque carmina a christiana indole, nonnulla etiam ab ipso pudore longius aberrant; pauca tantum veri Dei nomen ingerunt» (1), et casu sollemmodo, atque, ut quidam censem, ratione officii, quod apud imperatorem Gratianum exsequebatur. Christianam quippe loquendi rationem cum discipulo christiano usurpat.

Verum alii, et rectius quidem, contendunt Ausonium christiana fide imbutum esse, hoc ipsum testante sancto Paulino his verbis ad Ausonium:

*Inque tuo tantus nobis consensus amore est,
Quantus et in Christo connexa mente colendo (2).*

Praeterea passim de rebus ad nostram fidem pertinentibus ea disseruit ratione, quae virum christianum sapit. Solum velim legas *Ephemeridem* quam conscripsit, id est *totius diei negotium*, in qua hanc orationem diversis curis et occupationibus praemittit:

*Da, Pater, aeterni speratam luminis auram;
Si lapides non iuro Deos, unumque verendi
Suspiciens altare sacri, libamina vitae
Intemerata fero: si te Dominique, Deique
Unigenae cognosc Patrem, missumque Duobus,
Qui super aequoras volitabat Spiritus undas, etc.*

Hinc Gyraldi sententia videtur admittenda: «Christianus quidem Ausonius fuit», ait dial. 10, *De poetis*, «ut ex eius versibus, et item Paulini eius discipuli facile colligimus, sed petulantior tamen et lascivior, quam ut inter Christianos numerari dignus» (3). — Non absimilis ille fuit pluribus nostrae memoriae poetis, qui suum, quod in veritatis virtutisque commendationem divinitus sortiti sunt, ingenium aut foedis corrumpunt rebus, aut vanis et inutilibus prope ludibus enervant. Fere semper enim ludit Ausonius, nec, nisi rarissime, os aperit magna sonaturam. Potuisset tamen, si voluisset, materiam dignorem aggredi. Magni quippe poetae dotes passim in carminibus eius translucent; quas si strenue coluisset, non inter minores (4) sed maiores poetas locum obtineret. A subtilibus poetarum iudicibus, teste Bayle (5), temporis tribuitur, quod poeta noster plerumque ediderit carmina rudia et quasi inchoata tantum; si vero auera vixisset aetate, cum magnis illius saeculi poetis

(1) Cf. notas carminibus Ausonii apud MIGNE praefixa. Tom. *Patr. lat.* XIX.

(2) Poema XI, epist. ad Aus.

(3) TRITHEMIUS, *De scriptor. eccl.* tom. I, Ausonium nostrum episcopum Burdigalensem facit eunque concilio Trevirensi interfuisse affirmat. At falso. Alius enim fuit Ausonius martyris Burdig., de quo *Martyrol. Roman.* III ante id. Junias.

(4) In sua *Bibliotheca classica latina* WERNSDORFIUS Ausonium poetis minoribus ascribit atque ex eius carminibus quaedam selegit diversi generis dictae *Bibliothecae* inserenda.

(5) Cf. *Dicit. hist. et critique*, art. «Ausone».

aequalem futurum fuisse. Neque infitias ibo. Cuique autem, ut opinor, peritorum iudicium constabit, qui eiusdem poetae *idyllia* legerit et *epistolas*, de quibus, si lubet audire, alio numero dicemus.

I. LEMETTE.

PEREGRINACIONES IN ARCTON

Quo difficiliora et asperiora, terra marique, in Septentriones itinera, eo celebranda magis atque admiranda videntur, quamvis nec sequi, nec vestigiis insistentes praeceunt ea probare possimus. Querulis autem hac rerum conditione illud respondendum putamus, quod Maumethanorum Kalifae Aroun-al-raschil quidam aulicus reddidisse sophis fertur. Quum enim hic non satis reverenter de autocrate loquutus esset, quasi de homine qui multa pro lubito et iocose et incunde potius, quam gravis et superciliosus faceret, relata summo imperanti sunt verba – invidis enim scatent regum arcis – ut sapiens in capitibus discriminem adduceretur. Nec longe a spe suscepta ceciderunt. Aroun-al-raschil enim, sopho vocato, praecipit uti, die sibi sumpta, spatiu, quod inter terrarum orbem lunamque cedit, ad unguem ultimum dimetiretur, rei summam coram autocrate confiteretur. Sin, aut minus, aut incompte, aut insipiente, conficeret rem, capite plecteretur. Nec sophus inhorruit iusso. Comparatis enim pluribus cassis, ipsique filo tenuissimo cumulatis, coram rege statuta die fuit; ipsique reddit se dimetienda dimetitum, imperata fecisse; intervalli vero mensuram contineri filo, quo sexcenti illi carri onerabantur. Stupuit Kalifa, et quum a sopho petisset quomodo fidem mensurae probaret: — Ego — sapiens inquit — coram te et in tua potestate sum, capite ac sanguine datus fraudis poenas et poenas erroris. Tu aulicos habes, praeterea plures longius me sapientiores atque excellentiores — dryptoque et nomine illos indicavit, qui indices verborum eius praecipue fuerant —; mitte hos et visuros et probaturos, qui si minus dicto audientes regi fuerint, socordiae, insipientiae, contumaciaeque debita tibi persolvent.

Qui igitur ad ea migrant loca inhospita, calamitatibus et caede invenientium infamia, quod sophus, sophi et ipsis respondebunt socordibus aut fidem detrectantibus, aut invidia extenuantibus viriliter patrata; patrata, inquam, quibus, si vel somniantes ea videre putavissent, horrore ac terrore periissent aeternum.

Haec apparent animo nobis legentibus Italum, et regali ex progenie adolescentem exortum, Aloisium Brutiorum ducem, ex imperviis gelu ventisque litoribus redeuntem in patrios fines, postquam illuc feliciter progressus est, quo nulla ante eum vestigia hominum pervenere. Quinimo polum felicissimus omnium attigisset, nisi et fames, quae nemini parcit, nec hominem virumque veretur quemquam, et navis, labefactatae concrecentibus et constringentibus circa gelu fluctibus, conditio, iussissent redditum imperiosus. Quidquid fuerit, reddit cum hoc adolescente in hodiernos Italicos gloria maiorum, qua et in periculis subeundis, et in praestantia adipiscenda claruerunt, et iam Columbi et iam Americi nominibus nomen Aloisiae e Sabaudia Brutiorum ducis felicissime additur. Bene quidem, nam in proverbio est: « Funiculus triplex difficile rumpitur »; sint haec autem tria nomina quasi funiculus triplex, quo, mari perquirendo parta, prospere Italis gloria coerceatur.

Qui igitur neque turpis lucri cupidus, neque mala ambitione succensus ut in patria floreret (floruisse)

enim regali, quo vivit, sanguine, quamvis Arctoas nullas adisset aquas), sed unice pro scientia augenda, pro veritate rerum locorumque assequenda multa perpessus, nova quaedam adeptus referet de regionibus illis fere mortuis ac desolatis, de solitudinibus illis, per quas equitant procellae nivales, in quas incumbit aeterna semestri nox, quas sempiternus inhabitat silentius horror perpetuus, quem nulla humana vox, nullus cantus et modulamen nullum mediis in te-nebris unquam rupere.

Sit procul a dubitatione hominum Nansen ad sextum et octogesimum gradum ac decimum et quartum momentum prope polum Arctoum pervenisse, ubi gradus a gradu centum ac duodecim chilometrorum spatio dividitur, ita ut eo ab loco, ubi Scandinavus heros restitus, quadrangulis solummodo chilometris ad usque Poli vertiginem aestimet, non absimile itineri, quod a Sibaritarum agro per Potentiam urbem Neapolim pertinet. Scio aliud esse caelum, aliud solum et solem inter Sibarim ac Neapolim; scio aliud esse vaporitraha vehi omnibus bonis affluente, circumtempente aere, viridariis grata passim redolentibus, olivis, pomis, et omni arborum genere circum florentibus, et fructum praebentibus, ul troque fere obiicientibus; aliud esse traha ferri raptata canum vi per praerupta glaciei, per impendentia et praecipitania rupium, quas gelu fecit, per insidiantes passim atque hiantes abyssos, per aethra concretum hieme, per solum concretum glacie, sine die, sine nocte, cingentibus nebulis, ruentibus cum nive grandiniferis procellis agitante Borea; haec autem inter scio quid sit carere foco, refugio, victu, omnibus demum et singulis, sine quo vita esse non potest. Haec omnia intelligo; at peto sciendi erudiendiisque cupidus quid sit, quod inde, quasi duplicita cohorte, arceat a Polo Arctoo tot animos et alacres, et fere dicam temerarios, si laus esset; dicam tamen audaces. Cur horum, sibi quamvis cariorum, oblita est fortuna, neque supremo illuc in discrimine positos memorat, nec iuvat opportuna et maturans, ut alibi plerumque solet, ita ut, pro marinis hisce tantum abrogato Vergili carmine, illud poetae subiiciendum subdendumque sit a *Thebaide*, ni fallor:

*Est male fida pis fors, atque ingentibus ausis
Rara comes!...*

Fertur Nansenius limen attigisse insuperabile vibibus et conditionibus hominum; nam undequaque turbines, undequaque furiantes per aerem perpeti horrentem caligine procellae, undequaque concreta ex glacie volitantes decidentesque e caelo rupes, quadrangitorum chilometrorum intervallo, perpetuo saevientes praelio amovent ab optata meta cupidos adeundi, et potiundi. Nobis pariter dubitatio non est nostros inde rediisse prementibus undequaque turbibus, et viam prohibentibus. Heroi igitur nostro, quadraginta chilometra ulterius Nansen emenso, ro-

bur et aes triplex circa pectus fuit, cum talia conficerit. Haec ille explicabit, haec ille monebit, docebique utrum vera sint, quae feruntur. Inveterascit enim opinio, et iam populi percrebrescit sermone, aeternos illuc turbines, luctantesque illuc aeternum ventos quadam physica necessitate oriri, et stare legibus aëris et coruscantis solis.

At nunc hisce coram inferendum est, thesim ab acutissima ac scitissima semina Renoz, quoad iter Andrée primo editam, quassatam ferme ruere, non iis argumentis, quibus *Astrophilus*, Mediolanensis commentarius, calendis Augusti scribens innititur, sed quia irradatio coruscantis astri, pone solem, etsi re-

(n. 4), thesim Renootianam ita interpretatur: « Materiae aetheria a sole ita projecta, ut quovis secundo momento trecenta chilometrorum millia prævertat, vim impulsionis enormem habeat necesse est; velocitati enim respondet impactionis vis. Quae celeritas dum recto cadens in aequatoriales zonas convertitur in calorem, in polares zonas obliqua, et quasi transversim ruens, libera praeterfluit, ac proinde impulsu distrahit verritque cuncta in quae incurrit, si minus illa sint solida et stantia ». Arguit inde contra thesim reducens illam in evidens falsum; nam si talis inesset potentia et vis radio solis, hic quidquid super orbem est secum traheret, nam orbis unaquaque pars in diurna

rotatione obliqua fit semper plus minusque lucenti, nec perpendicularis, praeter momentum, est, et non nisi in torrida zona perfecte. Ipse animadvertis dico, a sole non proiici, non eructari aliquid, sed commoveri medium aetherium tantummodo, inde lux, inde e lucis unda calor; iterum, ubique terrarum solis radios perpendicularares non esse toto anno, praeter ambulatoriam meridie in aequinoctio horam; tertio, circulum, quo dividitur emisperium terrestre luminosum ab umbra, habere reflexionem in aequatore maximam, in polis utrisque nullam. Quid inde illa somnia, et undenam procellarum turbinumque apud polos aeternae aestuantur ac sine more saevientum?

De his ergo sperantes uti certiores facto fiamus, dum redeunti regiae progeniei gratulamur, dum plaudimus iis, qui cum eo fuere, votis ac desiderio quaerimus et exspectamus eos, qui defuerunt, ac reddituros fore speramus, nempe Guerinum, Ollierum, et Henri Alfred Scandinaum.



Quoad ea vero, quae astronomicas leges proprius attingunt, et quae sunt inter effectus lucis et vires tangentiales radiorum a sole ruentium non modo in orbem, sed in planetas omnes, peculiarem sermonem instituemus, remque ipsam quaquaversus disceptatione et inquisitione tractantes, ut spes est, nitide ac plenisime in hoc commentario absolvemus.

Cerchiarae in Calabria.

PETRUS ALEXANDER M. ROVITTI.



Paulus Rembrandt.


(Hanc tabulam, in qua sese pictor retulit, photographice expresserunt Fr. Alinari - Florentiae).

fracta, reflexa, dispersa conversione subita virium, semper tamen recta progreditur, indeque violentiam nequit concipere, quia medium docile, per quod sibi via, seu aetherium illud quid sit, sive eonicum, sive elementum universale et primigenium sit aliquod, nescio quo nomine designandum, sua subtilitate omnium vibrationum compos est, nec hisce resistit, quaeque hae sint, atque undique veniant. Ubi autem nulla oppositio, nullus attritus; ubi autem nullus attritus, nullae quoque procellae, nulla perturbatio. Speculum oculi, quod « retinam » dicimus, etsi milimetricum sit, a sidereo nocturno caelo miriades vibrantium astrorum accipit, nulla vibrationum confusione. Quid esset, quaeo, si omnis calor, si omnis lux, deficiente conversione irradiationis, convertere in quid dynamicum, quod nos mechanicam vim pedestri sermone appellare solemus?

Sed rem proprius respiciamus. Idem *Astrophilus*

PAULI REMBRANDT TABULA IPSUM PICTOREM REFERENS

REMBRANDT Paulus, Batavus, Leidae anno 1606 die Junii mensis xv natus, Amstelodamii die Septembris mensis viii anno 1669 mortuus, tabula hac, quae Florentiae in Pittiana pinacotheca asservatur, suam ipse effigiem expressit. Vis colorum veritasque luminis ea sunt, ut proslire veluti e tabula pictoris faciem dixeris: utraque enim peritia summa in eo fuit, laudemque apud aequales et nepotes tantam Paulo acquisivere, ut Batavorum pictorum princeps is habitus fuerit. Nullus equidem, sive



aemulus, sive in lide effingens, orbraeque pugna quidem callida p sit, ut secundas obruerit, tamen cum tetigisset, tabat, et parca nes obtinebat, quae plane subie

VEPPPE

E
De omnium

Q ui Martiu visu, super traditionem, ma ut hand facile n ita sibi constans nomini, alias al tior. Itaque, tu machinarum se exstructa fuere, commutatae, fr prospiciuntque latia, et duplexes interpositis inc omnia celebritat videre videantur

Atque ad a interius diximus metra spatians hominum millia tiis, septa gradia ardua porticibus immensis velis pe quatuor tempest et dextera e agriculturam, hi gregata profert;

Iamque ex Helveticum pag Parisiis, sed in sari credas. Ade casae, mapalia, priis incolae; su et redditii. In p dextera Martio



Electridis palatium in Expositione Parisiensi.

aemulus, sive imitator, suarum tabularum partes tam calide effingens, omnem tamen subiecti formam, lucis umbraeque pugna mire reddit, tanto robore retulit. Qua quidem callida peritia, etsi interdum abuti artifex visus sit, ut secundas tabularum personas nimiis tenebris quasi obruerit, tamen lucidos adspectus sapientibus coloribus cum tetigisset, miram ad vitam quaevis pingeret suscitabat, et parca colorum distributione veriores pulchritudines obtinebat, quam si sua prodigalitate eos adhibuisset: quae plane subiecta imago vix intuenti statim evincit.

LAELIUS.



EX GALLIA

De omnium rerum Expositione Parisiensi.

V.

Qui Martius Campus, anno 1889 pulcherrimus visu, superiorum Expositionum ad retinendam traditionem, maxima complectebatur, ac talis fuit, ut haud facile memoria invisentium excideret, nunc ita sibi constans est factus, ut dum prisco haeret nomini, alias ab illo exsurgat, et fortasse praestantior. Itaque, turri, cui ab Eiffel est appellatio, et machinarum sedibus exceptis, omnia in eo nova exstructa fuere. Quae tamen sedes, penitus interius commutatae, frontem occultant; nam coram sunt propiciuntque in forum illa electridi consecrata palatia, et duplices hisce hinc et inde ordines aedium, interpositis iucundis viridariis, protenduntur, quae omnia celebratati Elysiorum Camporum minime invidere videantur.

Atque ad aedes machinarum quod attinet, quas interius diximus immutatas, in iis ingens illa 6500 per metra spatians deducta est aula, quinque et viginti hominum millia continens, festis opportuna frequentiis, septa gradibus ad spectandum, et superpositis ardua porticibus, unde in illam prospectus. Quatuor immensis velis per quatuor parietes ambitur, quae anni quatuor tempestates picturis ostendunt. Quod a laeva et dextera e priscis aedibus superest, hinc quae ad agriculturam, hinc omnia quae ad alendum sunt congregata profert; suo singula loco.

Iamque ex hisce per viam Suffren gradimur in Helveticum pagum, qui ita erectus est, ut non te Parisiis, sed in montibus et vallibus Helveticis versari credas. Adeo ad exemplar omnia; sunt enim casae, mapalia, prata, luci, boves, et vestibus propriis incolae; sunt quoque mores ad fidem expressi et redditi. In pagum autem aditus a via Suffren dextera Martio Campo, et duae, quasi limen, turre

tuentur, horologio singulae insignes, ita ut nihil diversum praferant ab illis, quae tintinnabilis tum Tiguri tum Oberland celebres habentur. Procedens et gradiens invenis diritorum, nummariam mensam, exigui municipii sedem. Sunt praeterea domus helveticorum ritu ad unguem, helveticis negotiatoribus habitatae, qui industria ibi propriam exercent; nempe hi bellariis, metallis, offellis, hi cereviae vendendae, hi latas multa venalia faciunt, hi vaccas pascunt, hi molendis dant operam cerealibus, et dum sensim procedis, vallem ingredieris utrinque nemore, collibus, praeruptis etiam septa; et inter saxa crepante pede labens aqua prius molam agit, inde rivum constituit, inde torpet lacu, cui imminent alimentaria officina, cuius pasceris libenter obsoniis atque pulmentis. Quid si dixeris ibi exignum et esse Iarem - nihil a vero differt - ubi anno 1712 vigesima prima Iunii mensis die Ioannes Iacobus Rousseau natus est? Alpium tamen ordo sexcenta metra tenet in longum, quadraginta eminet, ita porro ut cristas montium imitetur caelo spatiantium. Triginta centena millia Gallicarum libellarum (*francs*) in hoc opus iucundissimum oculis absumpta sunt.

Sed in Campo Martio digna singulari intuitu sunt plura, et quaedam enucleamus ex iis.

Palatium, quod architecturae civili inservit, non militari, atque ideo « Palatium Genii Civilis » appellatur, atrium foveat in medio, rotundas crepidines viginti septem per metra dilatas, turribus angulo cuivis adiectis, apicibus cuivis turri superpositis. Suprema atrii transennae tenent, sub quaeis porticus, dum in has e transennis vexilla antennis affixa dependent. Inter ordinem porticus et reliquam aedificii parietem, zona est toto producta aedificio, in qua anaglyptis exprimuntur a trahea et asino ad currus, vaporitrahas, et electricehas, et automobiles, quicquid a priscis temporibus ad nostra tempora adinventum est, ut alieno potius utamur pede, quam nostro. Palatium autem hoc una cum adnexis frontem habet quingentis metris productam; eius enim aliae porticusque adduntur iis quae ab industriis chimicis nomen habent, iisque, quae ad palatium publicae doctrinae, quasi amicas manus portent.


Palatium huic amplitudine et magnificencia par illud est, quod industriae circa deducenda et concinnanda fila, texendasque telas cuiusque generis datum voluere, triginta sex millia metrorum et sexcenta

ac sexaginta in quadro metra premit. Ambulacra interius habet in longum tres, lata singula metra vigintiseptem, queis totidem obsequuntur minora lata metra novem. Porticus vitris nobilitatur productis, fornices eius, flagrantibus illustres coloribus, picturae, ornamentaque notant. Architecturae ratio modum sequitur Aloisii XV aetate invalescentem; in tholo allegoria illius usus hodierni, qui dicitur *la Mode*, sanctissimum feminis numen, quod uti cultoribus sit aequum suis, dignum dea morem vultumque gerit. Morem! Tota in vestibus, supervestibus, cincinnis, calamistris, palliis, fasciis, annulis, inauribus, armillis, pileolis florentibus, frondescientibus, et insignibus avicula, penna, ala, sexcentisque crepundiis huiusmodi; quod quidem deabus priscis ignotum fuit. Huic nunc deae templum est paene universus terrarum orbis, atque eo pervenimus ut propriis officiis, naturaeque praecepsis pauci, omnes huius novi numinis indiscriminatim pareant imperiis. Modum feminis suade, si stet vis!

Frons omnis in arcus dividitur ellipticos, quos dominantur singulos aureis descripta characteribus nomina singulorum Galliae oppidorum congrua palatio laudatorum industria. Huic palatium additur mechanicis artibus porticu longa, talique porticu palatum, cui a fodinis nomen, pariterque rituque eodem illud, cui a metallis est appellatio. Quadragesita circiter centena libellarum millia ad opus hoc ingens conflandum erigendumque data sunt. Conflandum dixi, quia praecipuae eius partes, et praecipuae illae quibus innititur, omnes ex ferro et chalybe conflatae fuerunt, ita architecto Blasette iubente, quem studia Romae aluerunt, atque inde praemium honoris anno 1879 retulit.

Ex adverso, et coram Helveticu pago, camini apex est octoginta metris altitudine emines. Hinc officinae, unde vapor, et unde electrides. Binae sunt; unaquaque in fronte metra cxvii, in agros metra xl soli premit, vimque ambae praebent, quam viginti equorum millia exsererent; quamvis vel duplicitis virtutis exhibet compotes sint, quoties hoc necessitas postulet. Hinc sub Campi Martii solo per mille et quingenta metra vapor, aqua, electrides, singula inclusa propriis thecis, tubisque discurrunt cuniculo in fabrefacto. Duae autem parvae turres monventem singula vim generantes, variis emicant distinctae coloribus, aureo, viridi, caeruleo, idque ne discrepant a reliquis aedificiis, a campis, a caelo, sitque expositioni rerum discordia concors.

Electridis ante palatium, quasi ad ornamentum decusque, est illa summa omnium aquarum, fons ille



Turris Eiffel et quae circumstant in Expositione Parisiensi.

nympharum omnium, qui Castellum, seu Trophaeum aquarum latine, gallice *Chateau d'Eau* nos appellamus, imaginationi et arti nostri viri Paulin debitum opus. E summo fornice flumen ruit in lacum statuis allegoricis ornatum, quae humanum paeferunt genus dextera a Progressu ductum futura versus. Ubique et undique, prout aqua desiliens strepensque ferat, in conchis, laculisque per declive simulacra sunt modo animalium phantasticorum, quorum e naribus, ex ungulis, ex ore exsilis aquae vis ad iunctitudinem oculorum sonitum opportuna quam maxime. Quod quidem, noctu praesertim, mirabile est intuenti, quum fenestrae palatiorum emicant variis distinctae, iuxta vitrorum colores, coloribus, inter lucis flumina et fasces, quae ab electride in aquarum rivulos saltusque potentius immittuntur, inter iridescentia ex lampadibus; versicolores enim hae sunt, atque irim ipsam ordine imitantur. Electridis vero palatium retro fulget totum vitro et ferro compactum, fronte septuaginta metris emicans in tholo, cui dominatur e nexus frondium simulacrum Genii Electridis facem praeferens, curruque erectus ippogryphis jugatis; sub quibus anni MCM nomen est. Nexus ille frondium, cui genius insidet, innititur arcui, cui hinc et inde sunt veluti bases et humeri duae campaniae turres, meatus gothicis ritu intersectae ac meandris, electricas faces potentissimae lucis sustinentes. Multicolores per declivias tectorum lampades instruuntur, quae delectationis mirae causa sunt. In aequo palatii magnae dynamo-electricae sunt; in superiore aula, quae mirabilia et quotquot ex electride sunt, inventa disponuntur ordine debito, atque ex ea descensus et aditus ad aulam illam profestis, de qua superius locuti sumus.

Expositio autem, quae a coloniis nomen capit, in Trocadero habetur, ibique praeter ceteris oculos allicit quidquid Indo-Cinam attingit; nam ibi erecta sunt

21]

LOLLIUS

SIVE DE PROVECTA LATINITATE

Loll. — Geram tibi morem, et urbani sermonis cultores qui novi sint facile ostendam. Dabis autem hanc veniam, spero, ut qui rerum cursus hos viros dederit ante significem. Ac recte quidem, quamquam irridens, aevum nostrum dixisti augusteum. Neque enim etatii, quae Bembos tulit aut Sadoletos, parem laudem concesserim, etsi eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis afflenti. Cuius temporis litterae quum id sibi assumpsissent, ut non solum intermissa diu corruptaque studia humanitatis, sed vitam omnem ad spem libertatis et pristinae dignitatis revocarent, obstaretque rerum publicarum conditio quominus id assequerentur, arripuerunt imaginem quandam romanae amplitudinis, a rei veritate seiunctam, auxeruntque rhetorum agmen. Hinc Navagerii carmina in falsos deos, qui etiam fertur quattuor magna cura sacrificasse Vulcano; hinc Pomponii Leti superstitione mactantis Iovi; hinc a Marsilio Ficino et Academia Florentina exhibitus Platoni deo cultus, cuius in doctrina spem instaurandae religionis collocauerant. Et instauratio illa quidem advenit, sed non qualem sibi litterati homines finixerant, nec in Italiae sinu, quae audaciae temeritatem reliquit exteris gentibus, ad quas disciplinae profligerunt. Itaque saeculo XVI humanitatis principatum Gallia obtinuit, in qua itali viri Iosephi Scaligeri nomen summo adhuc honore colitur. Erat autem iis proposita non solum pulcri species, sed etiam cognitio multiplex, in primisque veterum scriptorum interpretatione, ducta investigatione super populorum origines, instituta, mores; unde paene infinitus conflatus est eruditiothesaurus, quo omnis eius temporis philologia

templum illud singulare Cholanense (ex Cocincina), palatium Colva (ex Tunquino), et praeterea multa, quae referunt usus, domos, et habitum orbis a nostro orbe divisi. Madagascarensium expositio rerum praeclarum habet nemus plantis illuc germinantibus insigne sub tropicali sole, perque illud errantia, locis congruentia tepentibus, animalia a serpentibus et avibus ad makis, ut vocant. Huc vero allatum congestumque est quidquid ad botanicam, zoologiam, mineralogiam, atque ethnographiam referatur. Quod proprium Senegal-Soudan est, imitatur Maumethanicum templum (« moscheas » dicunt), prout illa habentur quae sunt ad flumen Niger. Martinica, Guadalupa, Nova-Caledonia, Tunesia, et Mauritania suum singulae habent, moribus distinctum propriis, vestibus, aedificiis, illis denique adminiculis omnibus, qui bus sunt singulares et dignae visu.

Palatium fodiis atque metallis dicatum, coram Campo Martio est; porticibus instruitur ad instar palatii, quod memoravimus, doctrinae addictum. Frons autem semicirculo curvatur, cuius medium tenet fornix ad imitationem illius, quae templo Gaudentiano Novariae incumbit, arcumque profert turrimque campanariam triginta duobus tintinnabulis decorata, sono deliciosis, quorum maximum in inferiori labro metro, ac duodecim centimetris diametro patet, et 840 chilogrammata aeris pondere aequaliter. Quatuor ambulacula e dimidio procedunt, rectoque concurrentes angulo aulam in medio quadrangulum promunt, lumen ex alto captantem.

Talis est nunc Martius Campus, et quae illic inter aedificia sunt intercapedines porticibus, viridariis, aedificiis minoribus ita congregantur novis undique deliciis, ut solemne sit cuique invisenti singulari circumire, fietque ut vicies ante palatia omnia in longitudinem deambulet, decies saltem revisat quae a tergo, totidemque ea quae a lateribus sunt. Quem

continetur. Sub eiusdem saeculi exitum coepitae sunt suo quaque loco res ordinari, et maturiore iudicio a veris falsa secerni, a verisimilibus probabilitate; quae laus ad Anglos maxime atque ad Batavos pertinet. Ita, non tam ad cognoscendum quam ad indicandum philologia est visa propensor. Proxima tandem aetas patrimonii suis rationes diligentius inspexit, inducta per Volfium historica investigandi ratione, qua monumenta omne genus aequa trutina pensarentur. Hanc viam latinae quoque grassetae sunt litterae, iam non sibi relictæ, sed locupletatae graviorum artium instrumento studiorumque quasi similitudine vicinitate. Quo factum est ut, quum antea, vel per venusti scriptores tantum latini sermonis tenerent, quantum beneficio memoriae tenacioris haesisset, nunc studiosissimo cuique adolescenti brevi liceat rationem totius linguae scienter exponere; studiosissimis, inquam; neque enim ex evagatorum grege aut stultorum, quo stipati semper Iudi fuerunt, litterarum est aestimanda fortuna. Fuere igitur, vobis pueris, Muci ac Trebatius, qui viderunt auctores magni latinitatis, imperitis apprime noti, quod splendoribus verbis uterentur nec pessime scriptitarent, usi aliquo domestico et aurum incerto iudicio; quorum idcirco laus non fuit rationis aut scientiae, sed quasi bona ex consuetudinis, laus tamquam innocentiae sic latine loquendi. Fortuitis ingeniorum fructibus praesens cultura sufficit rationes certas et praecepta dicendi, quae, quum maiorem exhibent apparatum, tum habent perspicuum ordinem et quasdam errare non patientes vias. Ex hac disciplina cultores latinitatis multo plures ac meliores profecti sunt quam vos suspicemini. Neque enim sunt ex eo numero quos auditis quotidie sterili sacundia disputantes ac novo quadam sermone, nec vernaculo illo nec latino, sesquipedalibus verbis horridisque conflato, quem philosophandi gratia, ut aiunt, triennio didicerunt. Huiusmodi me sermonem penitus ignorare fateor, solitus

laborem improbum fessus visitator qui sustinere simul non valuerit, interdum pone viridaria otio stabit, recreabitque animum et nares et pectus floribus, planatis umbrosis, et perpetua per hortos singulos disposita musica turba, quae per orbem in instrumenta incumbit, ne simul concinantes aures offendat. Duo autem lacus apud turrim Eiffel manent, tropicalibus plantis circumsepti, et ipsi turri color datus est novus, qui colori nemorum, aquarum, lacuumque respondeat.

Venio nunc ad turrim illam Eiffel, quae quatuor imposita basibus, centum per metra singulis divisus, centum soli aras premit, ac tercentis a solo metris eminet, tercentis ac triginta tribus a linea maris, quibus octo metra superaddenda sunt propter cuspidem excedentem ad fulmina captanda ac ducenda innocua dorsum. Non describam, quippe nota iam est, neque dicam diversas in ipsa mansiones, et moeniana pro commoditate cupidorum videndi, quorum primus ordo ad sexagesimum metrum est; alter dimidio maior; tertius in apice. Hinc invisentes, ingens omne Expositionis spatium, aedificia, lacus, arbores, hortos, viridaria, prata, campos, quasi triplici contemplarentur de loco, mirifice laetabuntur.

Sit modo satis, amico vestro, iam videndi abundantia defesso, cui nihil optatius quam restaurare corpus et cibo et somno. Valete.

A. VIEILLOT.

HORAE SUBSECIVAE

Sub effigie Vincentii Monti poetae.

(Ex ital. ALEXANDRI MANZONII).

Salve, o divine, tribuit cui Iupiter aequus

Nobile cor Dantis, Virgiliique tubam!

Sie plaudens tibi sera olim clamaverit aetas;

Clamat idem quae aetas est tua, cum lacrimis.

per annos XII nihil nisi incorruptum audire atque elegans, magistris diligenter examinantibus verborum omnium pondera, iisdemque docentibus dulce orationis genus et solutum et fluens. Qua consuetudine fit, ut etiam latine non scripturi — neque enim id caput est, nec interest omnium — id certe assequantur, ut in interpretandis optimis auctoribus ac vetustissimis adhuc prudens sincerumque iudicium; qui vero ingenii exercendi gratia in latina scriptione velint periclitari vires, hacere primo videantur; brevi tamen vel in timido salubritas latinae dictationis ac sanitas deprehendatur.

Treb. — Salvete, instauratores latinitatis: Ave, Lollis; morituri te salutant. Sed ede tandem aliquando nomina.

Tunc Piso maior — Quoniam — inquit — inter veterem ac recentiorem aetatem Trebatius noster est constitutus; videtur ab ipso duci posse clarissimorum nominum index.

Cui Lollius: — Non equidem dissentio; quin etiam possum in eorum commemoratione versari, qui, Trebatius aquales, accurarius quoddam dicendi genus attulisse visi sunt, bona potius, ut modo dixi, consuetudine ducti, quam explorata ratione ac via. Quorum scripta, si levitate quadam ac verborum comprehensione commendantur, grandiorum tamen propositam rem desiderant. Sunt enim fere aut funebres laudationes, aut habitae in praemiorum solemnibus orationes, sive de pietatis studio cum litteris coniungendae, sive de veteri docendi ratione retinenda. His tamen essem contentus, si eiusmodi scripta puro semper ac latino sermone niterent. Sed invenio saepe in faciendis verbis audaces, in selfigendis incertos, in collocandis obscuros; prolixos, tumidos, Flacci dicto minime audientes,

Est brevitate opus, ut currat sententia, neve

Se impedit verbis lassas onerantibus aures (1).

(Ad proximum numerum).

P. ANGELINI.

(1) I Sat. X, 9-10.

Rite docent
Fecisse e
Gibbus ait,
« Gibbus

Vinea

OCTOBER
vocatione
Bacchus
Pen

Trahant sua
iuaret si pen
mientis».

Et si caus
lenda nihil es
fecto et quo c
cerperem; at u
siet, scio ubi
quibus collect
explebor, et a

Iamque m
non erubescan
maiis aliquid
quo incendebe
sed ex Adamo
alienum puto;
serit de cau
miarum gene
mean ad exc
culinaris res
vera vellent r
terdum me fa

Hisce pra
eo potuisse
Leonor muni
tem sordida v
obsequutus su
mor, qui praec

Ego autem H
volo, semper
pertinent ad c

Ante limen
ratus, tandem
corum circum
vecti pervener
alio deducere
vero quia, ne
salutarent me,
ego indignans
multa, et iure
eo deveni, ut
cellens mihi
ac doctrina
excepunt, ide
probo, et per
hique propos
nihil cum ex
pertinent, et
sociis advenie

Vix steti
me dextera a
michi, deambu
hensem, dico
amicis plenis
tarium hoc t
hacc de iis,

tant. Sed dum Li-hung-chang, perfidis huiusmodi artibus innixus, foedus tantarum gentium in suam initum patriam disiicere contendit, bellica interea consilia imperialis Sinenum aula iterum molitur, quae e Si-Ngan, nova urbe capite, Tuan illi, diro nostrarum gentium asperrimoque inimico, militare imperium iterum tradidit, iussaque secreto communicavit, ut rursus ad nostrorum exercitus oppugnandos signa proferret. Sed paulo post Kwang-Su, juvenem ipsum imperatorem, litteras sua manu ad omnes Europae Americaeque praesides regesque dedisse nuntiatum est, et praecipue Vilhelmo, Germano Caesari, qui infensa magis ultiōis consilia ob sui legati necem primus agitabat. Perarduum quidem a Sinensibus obtinendum reputant, ut seditionum cladumque auctores Europaeorum iustitiae diudicandos plectendosque tradant, eos enim inter qui primi incusantur, et Tuan ille et eius asseclae et socii sunt, quorum sive in aula, sive in provinciis maxima est auctoritas, et supremi magistratus. Nihilominus acceptis deprecantibus literis mitiori consilio Wilhelmus imperator respondit, eoque magis quod Ketteler legati in manes, iussu regalis feminae interfecti, poenitentia simul et metu, honores publici indicti fuerint, quibus nunquam solemniores apud Sinenses extranei obtinuerunt, templumque ad cineres asservandos decretum.

Equivid tamen? Waldersee vix ad Ta-ku portum appulit, ad bellica iterum opera manus admovit, exercitumque et classem ad Scianhai-kuan portum occupandum statim misit, quae, Sinensibus minime oppugnantibus, civitatis oppida munitionesque brevi tenuit, nostrarumque gentium vexilla super moenibus extulit. Russi vero atque Americani milites Pechinum iam deseruerunt; illi immo per aequor Port-Arthur regressi, suum apud Sinenses legatum, pariter recentem, comitati sunt; sed augmentur contra Anglorum Germanorumque copiae; quare quid iam tot e pugnantibus nunciis eruendum sit vel diudicandum, humanum prorsus intellectum praetergreditur, vixque auguri spectatissimo perspectum erit.

*
Ad Mauritaniae fines belli minas iterum flagrare innotuit ob Gallorum legionem, quae in eorum praedones proxime profecta est. Hi enim ex Mauritania in Berberiam transeuntes oppida et pecades depopulari et abripere certis temporibus non remittunt. Postremo Aich in summo colle considentes Gallorum copias exspectant, quibuscum praelium committant.

*
De Transvaaliana fortuna vix ad velutinationes heic vel illuc supersunt, cohortesque sparsim pugnantes, quae fractam suac patriae libertatem obtestentur. Krüger praeses inter Lusitanos moratur adhuc, vehementerque cives timent ne, iure gentium despecto, Lusitani, qui veluti in Anglorum patrocinium versantur, suum praesidem hostibus captivum dabant. Iam enim dictant Angli, Krüger illum sibi esse tradendum eo quod Transvaalianae reipublicae thesauros necnon sui magistratus documenta secum in Europam deferre molitatur.

*
In Bulgaria, cuius populus bellica consilia in Rumenos agitandi in suspicionem venerat, mitiores ciuium animi facti apparent. Itaque utraque gens suos milites, quos ad fines collegarat, domum reduxit, Russorumque Caesar acriter Bulgaros monuit, ne Macedoniae pacem amenti consilio perturbarent, omniaque tuta esse sinerent; quod si contra fecissent, ipsis suae stultitiae damnum deinde ferendum, proprio detimento sarcendum.

POPULICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

In Anglia, solitis regali decreto antiquis municipium comitii, novorum oratorum electiones acrem inter luctam habentur.

In Bulgaria Nacsevic, qui agrorum cultui commerciisque commutandis praerat, suum munus sponte dereliquit, eique Ferdinandus princeps Titorow, coetui oratorum popularium praefectum, suffecit.

In Peruiana republica cum popularium legatorum in vituperationem administris adducti essent ob male bella civilia repressa, novum administratorum collegium electum, eique Almenara vir praepositus.

In Rumenia publici coetus legibus ferendis sessiones praeter ordinem resumptae sunt.

SCRIBA.

LIBRORUM RECENSIO

GIUSEPPE MENGONI, *Hortorum origo*. - Florentiae ex officina Henrici Ariani a. 1900.

Inchoati poematis ac deinde intermissi *De Florum cultura extremus* hic liber est, dedicatus uxori Wolfiae Constat hexametris tercentis, adiecta interpretatione italicis versibus hendecasyllabis.

Carminis auctor, forte Vergilii morem sequutus, a prima origine repetentis in IV libro *Georgicorum*, « arcadii memoranda inventa magistri », et ipse fabulam cogitavit atque contextuit, « hortorum exordia prima » ducent a remotissimo illo

... tempore Sacra
Biblia quo narrant lapsas ex aethere gentes,
Immortale genus, pudor! exarsisse venustas
Terrigenum natas.

Hi versus respondent verbis *Genesis*, c. VI, 2: « Videntes filii Dei filias hominum quod essent pulchrae, acciperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant », quem locum poeta refert post epistolam ad uxorem. — Est autem haec fabula.

Israel, caelestium aligerum pulcherrimus, cui ob leve ambitionis crimen interclusus aditus fuerat ad hominum terrestria domicilia, coniectis oculis in Adae puellae speciem, ipsam deperit. Quare impositam sibi legem oblitus, peregrini habitu ac more pulsat ad ostium virginis, quea primo statim obtutu eius amore uritur. Postquam oculis magis quam verbis diu sunt colloquuti, Israel discedit; sed noctu Adae dormienti adstat, nec iam mortalis hospitis specie, sed qualis erat, luce divina circumfusus et immortale tergus ornatum gerens tremulis pennis. Versibus quindecim furcifer is Angelus tentat male somniantis puellae virtutem, donec

... caelique Deique
Immemor, os ori admovit, salientibus addens
Oscula calda labris.

Ad haec experrecta stupet primum virgo: mox, intervallo versuum decem et octo, conceptae flammiae usque signius repugnat; denique victa

... eque toro vultus porrecta manusque,
Rursus ab angelicis ulnis cingenda tetendit.

Mane suas in aedes Israel se recipit, nullis conscientiae stimuli agitatus, relicta Ada, impexos crines tranquille discriminante. Duraturam consuetudinem fatalis interceptit casus. Nam die quodam puella, quo se elegantiorem praebet amanti, cubiculum opplevit floribus; deinde exanimem simulans, lectum concendit, « fererum sibi triste futurum ».

Hei mibi letalis tantum natura veneni
Barbara cur nitidis inclusit floribus? Ecur
Forma decens, suavisque parit fragrantia mortem?

Interim festinus de more rediens Israel circa medianam noctem, ubi novit

spoliatum lumine corpus

Quo iam tanta sibi vivente est parta voluptas,

orbitatis dolorem prius in questus effundit, deinde in hominum solatia intendit. Complexus enim dulce corpus in feracem regionem transvehit, amoenoque situ condit. Collectos deinde flores ex omni terrarum orbe, exquisito magisterio, mortalibus in posterum imitando, suapte manu serit excolitus super tumulo. Atque ita

Floribus extinctam redolenti sindone textit.

Vel ex paucis quos licuit afferre versibus patere hominis ingenium existimamus et poetam vim, nec mediocrem hanc, nec ab optimorum studio seiunctam. Injunctum tamen accidit minus caute misceri sacra profanis, innitique fabulam Scripturae Sacrae loco perperam intellecto. Alienum autem non modo ab ipsa veritate, sed a sensu veritatis videtur, nostros Angelos fingi similes adulteri Iovis, mentientis imaginem Amphitronis ut Alcumena potiretur, eorumque humeris aptari pennas Mercurii deservientis Iovi, habitu Sosiae. Itaque, nostro quidem iudicio, aut nullus erat cogitandus ardor caelicolae, aut aethereum certe ignem illum esse oportebat, id est omnis concretionis expertem.

Ceterum Mengotti fabula « interdum speciosa locis » Ovidianam laudem aemulatur excitatque desiderium olfacciendi quamprimum flores reliqui poematis.

P. A.

AENIGMATA

I.

Fons vitae est *primum*, sensus qui novit amoris,
Postea quod sequitur bruma hiemalis habet.
Imbris nuncia saepe, volucris provida fati
Est totum, saeculis vix mortitura novem.

II.

Per montes lucosque pavens praecepsque deerro,
Quam petit interdum canibus venator anhelis.
Sed si postremam vocalem in vertice ponas,
Me venerare patrem: humanae sum gentis origo.

Ios. CASTELLI.

Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus cui titulus:

IL NEOLOGISMO

NEGLI SCRITTI DI PLINIO IL GIOVANE

Scriptis S. Consoli.

Aenigmata ann. III, n. XVI proposita his respondent:

1) *Navis - Avis - Vis - Is.*2) *Aëra - Aera - Area.*

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco; Ag. de Aguiar, *Roma* - Ioannes Mediolanensis - Guil. Schenz, *Ratisbona* - Herm. Gini, *Taurinis aquis* - F. Szymajtis, *Opitoloki in Lithuania* - Ios. Castelli, *Gandino ad Bergomum* - Mich. Vidal, *Palma in insula Maiorica* - Seminarium Campaniense ad *Salernum* - Ios. Crosatti, *Poiano Vallis Pantenae in agro Veronensi* - E. Schütt, *Suechtelena* - Ios. Wabner, *Varavia* - Alois. Raineri, *Schilpario* - St. Figielksi, *Rypino* - Ios. Wilhelm, *Battle in Anglia* - Hild. Guepin, *S. Dominico de Silos ad Burgos* - Petr. Garrone, *Pezzana ad Vercellas* - Th. Vinas Sch. Piar., *Tarrega* - C. Perazzi, *Mengalore in Indis* - Ios. Ant. Schneider, *Monachio in Bavaria* - Fr. Sallarés, *Sabadello* - A. Chevénement, *Nods*.
Sortitus est praemium

STANISLAUS FIGIELSKI,

ad quem missum est opus, cui titulus:

H. MARUCCHI - P. CHENILLAT

GUIDE DU PALATIN

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii.

PER ORBEM

NON defui plane ne civibus quidem nostris miserrimis, qui Insubrem, Ligutemque vel Subalpinam regionem incolunt, autumnale calamitatum pondus, aëreae nimirum tempestates, udosaque pluviarum procellarumque infortunia, quae, fluminibus alveum exsuperantibus, oppidorum, satorum pecudumque detrimentum rusticis operosissimis maximum contulerunt, non sine etiam hominum clade. Haec infausta satis omne iter meum vix initum contrastasse admodum atque morata esse aliquantulum candide fateor. Et ecce vobis, lectores, non retulisse? Quibus ex quindenali hac humanarum rerum recensione nil magis iam deducendum, quam miseranda fortuna plerunque nostri generis fata gubernari atque regi?



Atqui sententiam hanc minus laetam haud ego ferme propheta, neque vates, neque augur connectavi et proposui; experientia docet, cui etiam Moore illius aruspiciis vetustissimi, cuius veneranda antiquitate nulla est maior vaticiniorum auctoritas, effata addenda sunt. Cuius quidem sensis male auspicantis calendarium atque auguralis libellus Londinensis civibus spectatissimus, haec ad amussim, nec apicem addo neque deleo, humano generi pro anno hoc spondebat. Praeviderat enim illa infortunia paene omnia, et regale excidium, et bella tetrica, et Indorum famem horrendam. Sed quae novo anno impendent minae longe graviores ille praeannuntiat. Ianuario quidem mense Gallica sedatio gravissima ipso teste flagrabit, quique rem publicam moderantur magno factionum impetu expetentur. Februario et Martio mense ultimi Orientis litora discrimini tetrico erunt obnoxia, Indorum populis omnibus ad arma in Anglos concurrentibus. Maio mense horum exemplum Hybernianae sequentur; mense Iunio anarchiae, qui dicuntur, crimina iterum gravissima pertentabunt; Iulio infortunia procellarum itinerumque frequentissima ubique evenient, viatorumque omnium exterriti animi ab incoepitis consiliis, nobis tamen exceptis, recedent. Augustales dies, quies tandem aliquando non perturbata tenebit, sed Septembri mense iterum Indorum seditiones ob annonae caritatem exsurgent; Octobri autem Africæ orientalis Turcae et Nigriræ ad arma concurrent. Novembrialia auspicia pessima omnium sunt. Batavi bellicia consilia vehementer agitabunt vixque omnes Europæorum rerum administri iunctis consiliis et opera pugnandi periculum amovebunt. Decembrem tandem seditiones, secessiones, tumultus agitabunt. Et... parcite auguris capiti!



Tot tamen tamque varia mala, si nullus iam potior est modus quo ea terriculae vitemus, praestat iam vel in marino nos abdere gurgite, consensis ad rem conclusis, quae instruuntur, scaphis, vel in aerem totu' cursu' avolare. Bersen est Germanus nauta qui globum iterum ad rem paravit, eumque satis propitiae aëris condicione ad ascensum laete iuvarunt, ita ut stupentibus civibus potuerit titanum novum exemplum praebere. Globo enim consenso, tantam usque ad altitudinem sese extulit, quam nemo hactenus aeronauta attigerat, passuum centum supra novem millia. Id vero non sine valetudinis vitaque proximo discriminé; nam cum ad octo usque passuum millia evectus esset, aëris spiratio adeo gravis est facta, ut ad oxigenum per fistulas

hauriendum sibi confugiendum fuerit, quo sese magna copia caute praemuniverat. Hac arte centum supra millia passuum ultra ascendere valuit. Tunc persensit tandem corporis animique viribus se paulatim destitui; at iam globus descendere sponte cooperat, et quamvis nec a capitib' vertigine, neque a stomachi nausea immunis novus ille Daedalus tunc etiam fuerit, potuit tamen terram hanc nostram rursus attingere. Illum autem redeuntem magnis honoribus et plausu aeronautarum Germanicus coetus eiusque sodalitia, necnon docti plures naturalis disciplinae viri exceperunt atque praemio donarunt.



Zeppelinius contra aemulus, qui non altitudinem quam maximam arripere, sed potius globum gubernare atque regere, et quocumque placaret deducere longa aetate studuit, iterumque iam supra Genevensem lacum aërum facere transitum instituerat, pondere, quod in aëream scapham immiserat, nimis gravi congesto, ab itinere prohibitus est. Reducta itaque machina omnis ad opificia in instauratione, eiusque ad remedium alacriter operarii incumbunt.

VIATOR.

VARIA

Otii medicina.

Apud Anglos plerique cum sint, qui debiles ac debiliores magis in dies, demum misere perirent, nova curandi ratio orta est, quae aegros reficiat otio, restitut alimento. Infirmus igitur lectulo creditur ea tamen lege ne moveatur, ne loquatur, ne legat, ne cogitet. Iacenti, sexta ante meridiem hora, iuscumi scyphum; septima, kafeariam potionem; octava, hordeaceam polentam, ovum sorbile, panem, butyrum, cacaothi sorbitiunculam, sorbitiunculam e spuma lactis; undecima lactis cantharum praebent. Haec, velit nolit, aeger ingurgitabit. At secunda post meridiem hora, erit bilibre fere assum ex vitulina carne aut bovina, quam comitabunt tubera, quae patatae dicuntur, caules, brassicae, placenta ex ovis contritis in sartagine coctis, alias insuper, atque ingens scyphus lactis. Quarta post meridiem dabit lac, butyrum et panem: sexta iuscum pingue, adiposa factum ex carne; octava assatas carnes, vervecis aromatibus in tegula cocti tria non exigua segmenta, tuberibus circumsepta, assam carnem, cocta pira, mala persica, quae

sint, cymbiam spumæ lactis plenam; undecima denique pingue iterum iuscum.

Credo hac medicina... Quid credam? Si qui a nevrastenia convalescant, gastro-enterite peribunt.



Barbatus an imberbis? Numquid uterque?

Barbam ad ilia usque promissam, eamdem que flavam, et giganteo corpore imperatorio dignam, paremque crinibus Carolo Magno pictores ac poetæ adscripserunt, quinimo et sculptores, ut ita dicam, sincroni, clarus aequales. Nobilem visu immanem regem immaniori equo vectum, fluentibus mixtisque per thoraca barba et capillis, miscentem prælia obterentemque acies saepe docuerunt. At Nicolaus Alemannus, iconographicis documentis usus, traditionem subvertit, atque imberbem hunc demonstravit. Flebant philopili, quorum ab exercitu tantus avellebatur heros! At nihil homini aeternum, nec dolor quidem. Nunc Ioannes Schopfer, quibusdam manuscriptis Carpenteractensibus testantibus, docet fuisse Carolo Magno barbam, sed non porrectam per pectus longius, ad cuspidem vero resectam. Tentabo, quantum in me est, conciliare dissentientes, et dicam, eximium consilio et virtute virum gessisse morem populis barba; itaque fuisse patricium et Augustum apud Romanos imberbem; bellatorem in Saxonas certosque Germanos barbatum ad crura, si volueritis; apud Francos et Hispanos inter utrumque, et... valete. Ecce eritis vos, qui barbae Caroli Magni modum præcipiatis? Tullit ut voluit, et pro opportunitate et pro lubito.



Ioci.

In mora salus.

Quidam concitus iens, uti saepe fit iis qui lente non festinant, ubi pedes poneret non respiiebat, atque hinc totus incumbens in corticem cucumis forte iacentem in via, dum illa per saxa deluit, ipse aequilibrium perdens, hac illac portantis nutat brachiis, ne cadat resupinus frustra contendens, dum adstantes: — Cave!, cave!, cave! — conclamant. Veruni adversa stabant in fatis; et quantus erat iacuit repandus. Tum accurrentibus, ut sublevarent, ita male mulcatus ait: — Nec aliiquid vobis debo, qui me nunc erigitis lapsum, quia non præmoniūstis cum tempus esset, et in labantem iam, penitusque ruuentem: «Cave! Cave!» illud vestrum inutiliter conclamabatis!

P. d. V.

SOCIIS MONITUM

NONNUNQUAM ad nos socii scripserunt dolentes hunc vel illum commentarii numerum suo tempore sibi non remissem; quin etiam interdum binos vel ternos quoque simul allatos.

Volumus itaque socios omnes certiores, diligentissime munus nos apud diribitorum exsequi, et a culpa longissime abesse. Profecto qui subnotationem non recto tramite, sed per bibliopolas fecerunt, neque iisdem iniunxerunt, ut nomen eorum patefacerent, ipsi serius commentarium accipient, cum bibliopolae committenti commentarium inscribere teneamus...

Ceterum quivis *Vocis Urbis* numerus fortuito amissus rursus a nobis petatur, qui rationem habebimus: subnotatio autem et alia omnia semper mittantur ad **Aristidem Leonori equitem**, commentarii *Vox Urbis* possessorem et administratorem, **Romam, via Alessandrina, 87.**

A SECRETIS.

dit, deinde in ho-
im dulce corpus
noque situ condit.
im orbe, exquisito
ando, suapte manu
ta
one textit.

versibus patere ho-
am vim, nec me-
o sciuntam. Iniu-
eri sacra profanis,
oco perperam in-
ipsa veritate, sed
elos singi similes
miphitronis ut Al-
ptari pennas Mer-
itaque, nostro qui-
s ardor caelicola,
oportebat, id est
speciosa locis »
ue desiderium ol-
pematis.

P. A.

ni novit amoris,
nalis habet.
vida fati
novem.

cepsque deerro,
ator anhelis.
tice ponas,
m gentis origo.
os. CASTELLI.
natis interpreta-
torem miserent
gratis accipiet

GIOVANE

his respondent:
Is.

nes Mediolanensis -
inis aquis - F. Szy-
li, *Gandino ad Ber-*
rica - Seminarii
piano Vallipanteneae
Ios. Wabner, *Var-*
elski, *Rypino* - Ios.
S. Dominico de Silos
cellas - Th. Vinas
in Indis - Ios. Ant.
llares, *Sabadello* -

TIN

iurisperitus.

Socii.

Desclée, Lefebvre & Soc.

ROMAE - VIA S. Chiara, 20-21 - ROMAE

Nuperrime ediderunt opus, cui titulus:

TORQUATI TASSI
HIEROSOLYMA LIBERATA

A
IOSEPHO TORALDO FELICIS FILIO
OLIM E CONGR. SS. RED.

e versibus italicis in latinos conversa.

In-8, paginis 389 constans, ven. libell. ital. 6.

Nuperrime prodierunt

CONSTITUTIONES LEONIS XIII

SUPER

IUBILAEO UNIVERSALI ANNI MDCCCC

COLLECTA EDIDIT, QUIBUSDAM ADNOTATIONIBUS ADDITIS
IN COMMODUM PRAESERTIM CONFESSARIORUM

THOMAS ARIZZOLI

Missionarius Apostolicus Imperiali, S. Poenitentiariae officialis.

Ven. lib. 1

apud commentarii VOX URBIS Administratorem.

Pro sociis comm. Vox Urbis Lib. 0.50

T. G. Fratrum PARISI
CANDELARUM AD SACRA OPIFICIUM

PRAEMII INSIGNE

AB ANNO 1829 CONSTITUTUM

Romae in Italia, in Foro Campi Martii, 6

Singulis in artium
recognitionibus publi-
ce habitis maxima re-
lata munera.

LEO PP. XIII
honores addidit

Lateranensi Archi-
basilicae, itemque Va-
ticanae, quoties de Bea-
nificatione aut de Cano-
nizatione solemne sit,
suppediat.

Praecipua Templa
cereis instruit ubique
terrarum. In Asiam,
Africam et urbem Con-
stantinopolim mittit
ingentia rerum huius-
modi pondera, pretio
frances 190 pro singulis
100 Chilogramm.

Si vero ab America
aut ab Australia petan-
tur onera (300 Chilo-
gramm. *ad minimum*),
pretium erit *frances 225*
pro 100 Chilogramm.

Nullo impendio iubentium
res in proximiorem a petentibus designatum portum defertur


Gratuito pariter, quae mittuntur, arca asservantur

Cuivis quaerenti explicatio erit umerior.



VOX URBIS
DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

* EDIDIT *



❖ ❖ Mnemosynon
Iubilaei Magni ❖

DIRECTORIAE CHARTULAE INSTAR

AD FIDEM EXPRESSUM REFERENTIS

Solemne aperitionis Portae Sanctae

a Leone pp. XIII

die XXIV mens. Decembris MDCCCLC peractae.

Premium singulorum centum *ante solvendum* commentarii Vox URBIS admini-
stratori - Romae, via Alessandrina, 87 - est Lib. 3.50.

❖ Nullo impendio ad iubentis domicilium chartulae ipsae mittuntur ❖